Generose Dne Amice observandissime

186

Speratae hactenus Pacis, iam vero deploratae (vt opinor) faciem ex hac reiterata et vltima diffidatione Suetica, non ab hominibus sanae mentis aut prudentiae qualiscunque, sed a Daemone Turbatore profectam agnoscet nobiscum G. D. Va. Obstupescimus: atque veremur ne R. Mtas visis hisce a danda Plenipotentia Induciarum plane supersedeat; aut etiam extraditam retrahat forte ex itinere. Modo aliqua potestas etiamnum mature ad nos perueniret, quae ratione securitatis et styli hactenus desiderati Suecis satisfacere posset: Imprimis si vnius alteriusue anni superaddendi esset spes, impetum armorum mouendorum aliquandiu sisti etiamnum posse, confidenter de La Gardie innuit: non tantopere de annorum spatio, quam plenipotentiae forma semper laborari. Iuramento asserere ausim, vti omnia perspecta habeo, non minus citra spem, mentem atque consilia Ponti hanc perniciosissimam resolutionem promanasse, quam nostram. Ast bonus hic vir adeo circumscripta potestate agendi continetur, vt non immerito ex hisce et alijs mihi notis rationibus pateat, Pacis ipsius studia minime (vti antea etiam innui) Gustauo eiusque belli incendiarijs probari. Hac tamen spe alitur etiamnum Vdarici aduentum (quem litterae Sueticae hac anteuerterant) Gustauum cum Exercitu aliquandiu adhuc in Suecia retinere posse, donec Induciarum negotiatio hic tentata fuerit: quod pestis ingrauescentis periculum etiam suadere posset. Alia insuper hac nititur spe de La Gardie, licet Gustauus cum Exercitu adfuerit septimanas paucas dari posse facilius praesente ipso, quam nunc absente, ad procurandam vlteriorem potentiam agendi, de Inducijs aliquibus modo sufficiens R. Mtis assecuratio de qua perpetuo ambigunt, adsit. Itaque quid praesenti rerum statui expediat, id nunc procurare Litsu. Magnatibus imprimis incumbet, vt conatus hi hostiles non saltem Liuoniae et Curlandiae sed finitimis quoque Litsu. (vti certo exploratum habemus) omnis imminentibus auertantur, Instructissimo n. veniet exercitu paucis abhinc diebus, magni aliquid moliturus, si pacis negociatio non successerit. Nostrum erit omnibus viribus et rationibus agere, ne arma, donec aliam declarationem nacti fuerimus ab aula et ordinibus expediatur. Ex re a. videretur, vt frequentes ab Ill. Princip. et Magnatibus Litsu. litterae ad nos veniant, quibus spem pacis

153

ostentent, et certo impetranda Plenipotentiae: adiecta clausula si Gustavus etiam armis movendis interea supersederit: alias de omni actione Pacis conclamatum esse. Non deerunt vobis artes quibus hostis remoretur, pacisque negotiatio è contra promoveatur. Adeò barbarum è sanguinis sitibundum nec dementem fore spero, ut omnia Pacis adminicula et vias, quas sectari se clamitat, intempestiva bellica actione aliqua excludere exiguamque temporis iacturam ferre non malit. In hanc quidem spem admodum nos erigit Pontus, moram aliquam promovendae Pacis actioni necessariam, non difficulter ab ipso admissam iri. Exercitus quoque praesentiam excusat de la Gardie eo, quod ex diffidentia tractatuum solito rum, uti litterae etiam testantur id evenerit: gravior tamen in ferendis conditionibus propterea non futurus exercitumque reducturus sit, quamprimum certi aliquid constitutum de Pace aut Inducijs fuerit: biennalibus vereor non acquiescet: Dennales admitti posse speramus. Cum Dano exempla allegaas, quod instructa acie, licet etiam Gustavus Armis et exercitu superior esset, cum altero quamvis imparato, aequissimis nihilominus conditionibus transegerit. Quod cum ordinibus aut etiam solis Lithuanicis libenter nunc tractare velint, toties nunc inculcant: nec absre foret (uti opinor) nisi nequissimae hae diffidatoriae provolassent, hae tamen à re scripta esse nolo succedentibus tractatibus qualibuscunque forte evidentius haec patebunt mentem talem ipsis esse non est amplius ambigendum.

N.o 7 Fas. 129 Publicznych

Generose Dne Amice observandissime

268

Speratae Sacteng Pacis, iam vero deploratis (vt opinor) faciem ex hac reiterata et vltima diffidatione Suetica, non ab hominibg sanae mentis aut prudentiae qualiscunq, sed a Daemone Turbatore profectam agnoscet nobiscum E. D. Va. Obstupescimg at veremur ne R. Mtas visis hisce a danda plenipotentia Induciarum plane supersedeat, aut etiam expeditam retrahat forte exitiose. Modo aliqua potestas etiamnum mature ad nos perueniret, quae rationi securitatis et styli hactenus desiderati Suecis satisfacere posset: Imprimis si vnius alteriusue anni superaddendi esset spes, impetum armorum mouendorum aliquandiu sisti etiamnum posse, confidenter de la Gardie innuit: non tantopere de annorum spatio, quam plenipotentiae forma semper laborari. Iuramento asserere ausim, vti oia perspecta habeo, non minus citra spem, mentem atq consilia Ponti hanc pernitiosissimam resolutionem promanasse, quam nostram. Ast bong hic vir adeo circumscripta potestate agendi continetur, vt non immerito ex hisce et alijs mihi notis rationibg pateat, Pacis ipsius studia minime (vti antea etiam innui) Gustauo eiusq belli incendiarijs probari. Hac tamen spe alitur etiamnum Vldarici aduentum (quem litterae Sueticae hac antenerterant) Gustauum cum Exercitu aliquandiu adhuc in Suecia retinere posse, donec Induciarum negotiatio hic tentata fuerit: quod pestis ingruescentis periculum etiam suadere posset. Alia insuper hac nititur spe de la Gardie, licet Gustaug cum Exercitu adfuerit Septimanas paucas dari posse facilius psente ipso, quam nunc absente ad procurandam vlteriorem potentiam agendi de Inducijs aliqbg, modo sufficiens R. Mtis assecuratio de qua perpetuo ambigunt, adsit. Itaq quid praesenti rerum Statui expediat, id nunc procurare Litsu. Magnatibg imprimis incumbet, vt conatg si hostiles non saltem Liuoniae et Curlandiae sed finitimis quoq Litsu. (vti certo exploratum habemus) oris imminentibg auertantur. Instructissimo n. veniet exercitu paucis abhinc diebg, magni aliquid molitug, si Pacis negotiatio non successerit. Nostrum erit omnibg viribg et rationibg agere, ne arma, donec aliam declarationem nacti fuerimg, ab aula et ordinibg expediat. Ex re ā. videretur, vt frequentes ab Ill. Principe et Magnatibg Litsu. litterae ad nos v[...]

3[?]2

niant, quibus spem Pacis ostentent, et certo impetranda Plenipotentia: adiecta clau-
sula si Gustavus etiam armis movendis interea supersederit: alias de omni actione
Pacis conclamatum esse. Non deerunt vobis artes quibus hostis remoretur, pacisque
negotiatio è contra promoveatur. Adeò barbarum e sanguinis sitibundum nec
clementem fore spero, ut omnia Pacis adminicula et vias, quas sectari se clami-
tat, intempestiva bellica actione aliqua excludere, exiguamque temporis iactu-
ram ferre non malit. In hanc quidem spem admodum nos erigit Bortus, mo-
ram aliquam promovendae Pacis actioni necessariam, non difficulter ab ipso admis-
sam iri. Exercitus quoque praesentiam excusat de la Gardie eo, quod ex diffi-
dentia tractatuum seditionum, uti litterae etiam testantur id evenerit: gra-
vior tamen in ferendis conditionibus propterea non futurus; exercitumque reductu-
rus sit, quamprimum certi aliquid constitutum de Pace aut Induciis fuerit: bre-
nalibus vereor non acquiescet: Generales admitti posse operamus. Cum Da-
no Exempla allegans quod Instructa acie, licet etiam Gustavus armis et
exercitu superior esset, cum altero quamvis imparato, aequissimis nihilominus
conditionibus transegerit. Quod cum ordinibus aut etiam solis Lithuanicis
libenter nunc tractare velint, toties nunc inculcant: nec abs re foret (uti
opinor) nisi nequissima hae diffidatoriae provolassent, haec tamen à me scri-
pta esse solo succedentibus tractatibus qualibuscunque forte evidentius
haec patebunt mentem talem ipsis esse, non est amplius ambigendum.

18. Jan. 1829. Publicirt